



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Sylvaedvcensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

*Heus fugito, sedes hic Iouis ales habet.
 Perfidus ille nihil Gelrus, nil Cymber iniqua
 Profuerit: cristas erigere ergo caue.
 Quos duce Borbonio sensisti lenius ungues,
 Ni fugis, hos acres experiere magis.
 Semiputata tibi Latio calcaria quondam:
 Ergo fuge, aut totus diripièra miser.*



SYLVAEDVCENSIA.

MAXAEMILIANVS VRINTIVS
 S. P. Q. Gand. à secret.

Delitium Triuia, BelgI Dodona, Bataunum
 Terror, & Auriaca Scylla probrumq; fuga.
 Arx Fidei, cos virtutis, constantia asylum,
 Regnum Aquila, Harpyis inuiatota domus.
 Laurorum nemus & palmarum illustre viretum,
 Sylua Iouis fuerit, sit nisi Sylua Ducis.

IN S. IOANNIS EVANGELISTAE.

Memoria Sacr.

DIVO PHILIPPO II. inuictiss. Hispp. Regi
 Catholico, D. CAROLI V. Imp. Aug. Filio vnico,
 Brabantiae Duci inclyto, Patriae huius Protectori
 clementiss. S. P. Q. Sylu. moerore perfusi, pietatis
 & obseruantiae gratia VII. Nouemb. ann. CIO.
 ID. XCVIII. poni curarunt.

Qualucet Eous, Regia famavolat.

AEVITERNITATI SACR.

Trouocatus ab hoste Gallicae turmae Duce D. de
 BREAV.

BREAUTE genere claro; ætate feroci, GERARDVS ABRAHAM Syluæducensis inducenda equitum, item turma D. ANTONI SCHEYS de Grobendonck vices gerens, cum XX. duobus commilitonibus contra totidem Gallos, veteri Horatorum exemplo, virtute & successu admirabili, cæsis hostibus XVII. in conspectu patriæ ac pro eius gloria fortiter dimicans, cum fratre ANTONIO ac duobus alijs militibus suis cecidit, qui à turmæ suæ Duce solenni funere huc delati, ob mortem, qua non potuit contingere gloriosior, resurrectionem gloriosam hic expectant.

Anno CIO. IO C. Non. Februar.

*Viuite magnanimi iuuenes fortissima nostra
 Robora militia, patriæ vobisq; parastis
 Aeternum virtute decus, victriçia gentes
 Arma stupent alie, certamine viribus æquo
 Marte pari, numero palmam sed dispare Gallus,
 Hostis in hoste probat: volucres victoria pennas
 Exiit, Aduaticis sedes vt figat in oris,
 Belgica terrarum dum gloria circuit orbem.*

IN COENOBIO FRATRVM D. HIERONYMI normam imitantium.

*Calo potitus post labores plurimos
 GEORGIVS MACROPEDIVS,
 Scholastici moderator optimus gregis,
 Toto orbe nobilis senex.
 Corpus reliquit hoc podagricam loco,
 Longo labore exercitum.
 Humanitas, studium, iuuandi maximum,
 Benignitas amabilis,*

Hb 4

Candor

*Candor animi, Pietas & Eruditio,
Hunc reddidère calitem.*

Obijt anno M. D. LVIII. mense Iulio.

CORNELIVS VALERIVS pos.

AD FRANCISCANOS.

POSTERITATI.

FRANCISCVM de AGVILAR ALVARADO vr-
rum nobilem hoc monumentum habet,

Quem

Torum Castellæ opidum edidit v. Non. Octob.

ss. 10. XXI II.

Imper. Cæsari Carolo V.

strenuum militem,

Philippo II. Regi Catholico

Centurionem, Tribunum, Gubernatorem

Duynkerckanum,

Virtute, Prouidentia, Constantia constantem:

Animi & corporis fortitudine supra fidem

pro Fide insignem:

Sed & Philippo III. ac BelgI Principp.

à Consilijs militaribus,

cui denique

Quod prudentem & fortem decuit

contigit in actu mori,

Nempe in castris pro ista vrbe 11. Kal. IXbris.

ss. D C. III.

Qui diu vixit & malè, non diu vixit, sed fuit.

Qui parum vixit & benè, non diu fuit, sed vixit.

At qui diu benè vixit, fuit, an non vita dignus alterat

*Istud cogita, Lector, & hoc iacenti voue, sic posteri-
tas tibi.*

ELVL

ELVIRA DE VALENCIA Brugenſis marito,
(heu quondam ſuo) Amoris & moeroris mo-
numentum P. C.

TRAIECTENSIA.

AD FRANCISCANOS.

D. O. M.

IOANNI GOROPPIO BECANO, diuinar. at-
que humanarum rerum bonarumque artium peri-
tiſſ. KATHARINA DECORDIS vxor, & filio-
lae duæ coniugi ac parenti dulciſſ. cum lacrumis
POSS.

Procurantibus LAEVINO TORRENTIO &
GASPARE SVRCHIO, quibus ille res
ſuas moriens commendauit.

Vixit ann. LIII. Obijt IV. Kalend. Iulij, anno
M. D. LXXII.

IN TEMPLO CRUCIFERORVM.

HENRICVS DIONYSIVS *hic tumulatus,*
Nominis excellens religioſus erat: (IEſv
Diuini verbi doctor clariffimus, idem
Qui vigil hac Geuſias arcuit vrbe ſates.
Qui legis hac, da vota Deo & depoſce quietem
Deſuncto, & mortis ſedulus eſto memor.
Obijt anno CIO. IO. LXXI. Die VIII. Nouemb.

DE S. SERVATIO S. P. Q. TRAIECTINO
ded. cuius tutelaris iſte eſt Diuus.

Anag. {SERVAT VIVS } lus, vel Tra-
{HYBEWAERT T'RICHT } icctum.
Hh s Viuere